

INCIP EPISTULA SCI AUGUSTINI AD VOLUSIANU

DOMINO INLUSTRI ET MERITO INSIGNI ET PRAESTANTISSIMO FILIO VOLUSIANO DNO. AUGUSTINUS INDO SALUTEM;

Legi litteras tuas. In quibus uidi magni cuiusda dialogi specimen laudabili breuitate comprehensum; Respondere igitur debui nec prodilatione aliquid excusationis opponere; Accedit enim oportune. ut ab alienis negotiis mihi aliquantum uacarem; quibus autem dictandis hoc otium statueram impendere. paululum distuli. Nequaquam iustum arbitratus. quem ad querendum ipse exhortatus fueram. deferre querentem; Quis autem nostrum qui xpi ut possumus gratia ministramus. cum tua uerba legerit. tractate uelit doctrina instrui xpiana: ut tibi tantum sufficiat. ad salutem non hutus uitae quam uapo ris esse similliman tantillum apparentis. & illico uanescentis atque per eum cuntis sermo diuinus admonere curauit. Sed illam salutem. propter quam adipiscendam & in alterum obtinendam xpiani sumus. parum est ergo nobis sic te instrui. ut tibi sit liberando satis; Ingenium quippe & eloquium tuum. tam excellens. tam copiosum. tam eruditum. p desse debet. & iam ceteris. contra quorum tarditatem. seu peruersitatem. conuenientissime defendenda est tanta gratiae dispensatio. quam supbae animulae nihil uidentur pendere. quae nimis effectae plurimum posse. & ad sua uitia sananda uel & iam frenanda nihil possunt; Quaeris igitur utrum mundi dns. & rector. intemerata femine corpus impleuerit. per tulerit x. mensium fasti diua mater. & tamen uirgo enixa sit

situndo mo tulis uite u vaporem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_211/0009